

ster in Synodo sua dicebant Tit. de Sacrif. Missae c. 10. Missas, quas ficas vocant, omnino fieri prohibuit, in quibus Sacerdos corpus, & sanguinem Domini non immolat, sed Canone, &que immolatione omnia, cetera, Missam pertinentia peragit, non sine fraude populi, qui credit, & putat Deum sic quoque placari, perinde ac si Sacerdos Missam recte, & rite celebraret. Haften. Joan. Languecruis.

* MISSA CATECHUMENORUM. Quae fuerit, & cur ita appellata?

Missa Catechumenorum vocatur illa Missa pars, ab initio eisdem usque ad Offertorium, constans Confessione, Introitu, Orationibus, Epistola, Evangelio. His enim lectis à Sacerdote dimittebantur Catechumeni. Meminit hujus officii Concil. antiquiss. Valentinum, c. 1. dum ita loquitur. Hoc esse censimus observandum, ut sacrosanta Evangelia ante numerum illationem in Missa Catechumenorum in ordine Lctionum post legantur, &c.

In Liturgiis antem Graecorum, clamabat Diaconus, Sancta Sanctis: sique prolati arcebant Catechumeni, ut constaret ex traditione veterum.

B Diximus Loco praefati, ubi de voce Missa egimus, eam derivari à dimissione, olim enim populus, qui Missa sacrificio intererat, non discedebat, nisi à Diacono, vel sacerdote dimitteretur: hoc namque ad tanti Sacramenti reverentiam pertinere videbatur.

Ceterum duplex erat populi dimissio: prior, de qua hic agimus; finito Evangelio ante oblationem preparatoriam, tunc enim dimittebantur Catechumeni, Gentiles, aut similes, qui interesse sacrificio non poterant, ut constat ex Clement. Apost. Constit. 8. Dionys. 3. Eclesi. Hierarch. Cyrill. Alexand. 1. 12. in Joan. c. 50.

Alia fiebat sacrificio peracta, unde tunc dicebatur: Ita, Missa est, jam est tempus dimissionis. Sic Ambrosius lib. 5. Epist. 33. Dimissis, inquit, Catechumenis, Missam fidelium facere coepit, ut patet distinctio Missae Catechumenorum, & fidelium.

Vide Locum de Catechumenis.

C SACRIFICIA

ETHNICORUM.

Consulte Locum de Ethnicis.

IMPIETAS CIRCA SACRIFICIA.

Pete ex Loco de IMPIETATE.

* Sacrilegium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SACRILEGIUM generatum idem est, quod rei sacrae violatio, prout etiam continet impius cultus, quo sensu dixit Augustinus. Sacra sacrilegia, & pacta, cum demone vocantur Sacrilegia. Proprie tamen est violatio rei sacrae, id est, injuria, & irreverentia, qua fit Deo, indigna rei sacrae tractatione, sive usurpatione. Graece ἑρπύλας, quod idem valet, ac οὐσεῖν τῶν ἁγίων, sive οὐσεῖν denotat. Dicitur autem Res sacra, quae ad Dei cultum peculianim modo dedicata est, sive ea sit persona, ut sacerdos religiosus: sive res alia, ut calix, templum, altare, vestes sacrae. Eaque violari dicuntur, quando indignè, seu contra reverentiam Deo in illis rebus ipsi dicatis debitam tractantur; unde secundum Innocentium Sacrilegium est quasi Sacrilegium.

SPECIES.

Sacrilegii species distinguendae sunt secundum diversitatem rerum sacrarum, seu juxta diversam rationem sanctitatis, quae in sacris rebus reperitur. Ita S. Thomas. Unde tanto Sacrilegium est gravius, quanto majorem sanctitatem res obtinet, quae violatur; nisi forte conditio operis gravitatem augeat.

Statuit autem S. Thomas 2. 2. q. 97. art. 3. tres species Sacrilegii, juxta varietatem rerum sacrarum, quarum tria sunt genera. Locus, persona, res aliae divino cultui dedicatee. Itaque

Sacrilegia, alia quibus persona, alia quibus locus, alia denique sunt, quibus res facta violatur.

Pertinet ad primam speciem percussio Clerici, fornicatio Ordine sacro initiati, Religiosi, & Religiosa. & ejuslibet votum castitatis habitentis. Idem tenet Caseran. de violatione juslibet voti personalis: hoc ipso enim, quo aliquod opus virtutis Deo vovet, seipsum illi dedicas, & consecras, ut ei cultum exhibeas, itaque si omissis, violas tuam personam, ut facta est, juxta Cajetanum.

Ad primam quoque Sacrilegii speciem pertinet pertractio personarum Ecclesiasticarum ad tribunal secularare, exactio vestigialium ab iisdem per Principes seculares, contra Canones; quia Ecclesia in reverentiam status sacri voluit illas ab his esse immunes, hac immunitate servanda Deum in illis per saecula res honorari.

Ad secundam speciem pertinent omnia, quae sunt contra sanctionem loci sacri. Primo, exactio, vel incendium loci sacri, eversio altaris.

Secundo, effusio injuriola sanguinis, effusio feminis, excommunicati, vel infidelis sepultura, extractio violenta personae, quae asyli causa eo se contulit: quod intelligit, nisi fit latro publicus, vel nocturnus populator agrorum, vel commiserit enorme maleficium in loco sacro fiducia asyli, de quibus Vide Syllabum. 1. Immunitas 3. g. 2. Ratio est, quia Ecclesia pro loci sacri reverentia, & cultus divini, voluit loca sacra ab his esse libera, & hujusmodi privilegio illa honorari.

Tertio, huc etiam referri possunt mercatores, deambulationes, clamores, & alia hujusmodi profana, quae per se cultum divinum impediunt, c. 2. de immunitate Ecl. n. 6. Quamvis in his posterioribus non semper fit peccatum mortale, maxime si scandalum abfit, & non sit gravis excessus, nec cultus divinus impediatur.

Quarto, furtum in loco sacro, & quidem si asyli, & securitatis causa res ibi sit deposita, ut reverentia loci tutata sit, circumstantia loci sacri addit furtum malitiam sacrilegii mortiferam; quia sanctitas loci sacri violatur, & contemnitur; accepter enim locus facit, vel potius Deus, quatenus loco sacro praeficit, rem illam in suam veluti fidem, & custodiam.

Ad tertiam pertinent ea peccata: quibus aliae res sacrae temerantur. Dicuntur autem aliae res sacrae: vel quia sanctitatem efficiunt, ut Sacramenta: vel, quia rebus sacris administrandis sunt instrumenta, ut vasa sacra, vestes sacrae, ornamenta: vel quia sacra significant, ut verba facta: vel quia ea representant, ut imagines Christi, & Sanctorum: vel quia sunt particulae, aut res sacrarum, ut reliquia: vel quia sunt mensura actionum sacrarum, ut dies Dominici, & Festi: vel denique quia ad sustentationem sacrarum sunt dedicata, ut bona Ecclesiarum. Haec omnia continentur nomine rei sacrae, ut distinguitur a persona, juxta D. Thomam.

SACRILEGII, EORUMQUE

POENAE

A DEO INFILICTAE.

Pluraque pro hoc Loco adduci poterunt ex Loco de Impietate. Tit. Sacrilegii. Quorum tamen nonnulla hic alia occasione repetita reperientur.

REVER SACRARUM INDIGNA

USURPATIO PUNITA.

EX S. SCRIPTURA.

Legimus in veteri Testamento; de ACHAN filio Charmi. In eversione Hiericho ferebatur praecipuum, ut quicquid auri, vel argenti, & vasorum aeneorum afferretur, Domino consecraretur, & reponeretur in thesauris ejus. Achan vero per avaritiam praevaticatus est. mandatum hoc, & abstulit pallium coccineum auro intertextum, & abscondit in terra. Sed supplicium attende. Ipse quidem à Deo per Josue punitus est, & ab omni Israel lapidatus: argentum vero, & pallium, & aurea regula, filii, & filia, bovus, & asini, & oves, ipsumque tabernaculum, & cumda supellex ejus igne consumpta sunt. Atrox profecto poena, sed tali digna flagitio.

ALCHIMUS Sacerdos de femine Aaron praecipiebat destrui muros domus sanctae, & opera Prophetarum. Sed graviter Deus illatum sibi illam contumaciam vindicavit. In tempore illo percussit eum Alchimus, & impedita fuit opera illius, & conclusum est os ejus, & dissolutus est paralyti, nec ultra poterat loqui.

loqui verbum. Et mortuus est Alcimus in tempore illo, cum tormento magno. 1. Mach. 9.

HELIODORUS templum Iphigiae instituit, subito in terram concidit, ut qui cum multis curibus, & sacellibus ingressus erat ararium, portaretur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute, qua mutus jacebat, atque omni spe, & salute privatus. 2. Mach. 3.

Haud multo auspiciore exitum sortita sunt ACHAR Regis Samariae sacrilegia facinora. Qui ut manifestum se vere religionis contemptorem declararet, non tantum Basilicas idolis extruxit, sed & sacrificiis oblatis cultum, venerationemque eis exhibuit: unde conciliata sibi divina indignatione, cum in Ramoth Galaad praeraptus periret, ab Assyriis trucidatus est. 3. Reg. 22. 2. Paral. 18.

Simile profus ob flagitium OCHOZIAS quoque Samariae Rex per Regis suae cancellos praecipit corruisse, ac tandem deplorata valetudine sacrilegam animam exhalavit.

JOAS Rex, qui thesauros templi mercede furti perierat, à servis suis interficetur. 4. Reg. 12. 19. 2. Paral. 26.

BALTHASAR Nabuchodonosoris pronepos, quia vasis sacris cum Principibus, & concubinis abutabatur, à Deo corripitur, & postea occiditur. Can. 5.

Rex ANTIOCHUS ob spoliarum, & profanatum templum Hierosolymitanum, variis malis, ac doloribus oppressus miseratima morte occubuit. 1. Mach. 1.

LYSIMACHUS multis commissis in templo sacrilegiis ante gradium interficetur. 2. Mach. 4. 19. 8.

NADAB & ABTU filii Aaron, arreptis thuribus, imposerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis praecipuum non erat. Egref. fufque ignis à Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. Lev. 10.

CHORE; DATHAN, & ABIRAM, cum ducentis quinquaginta, quandoquidem contra morem, & institutum Tabernaculi seditionem moliebantur, vivi à terra absorpti sunt. Num. 16.

BETHSAMITAE, cum arcam Domini indignè conspexissent, gravem Dei indignationem senserunt, multaque hominum millia ex ipsis à Domino percussisunt. 1. Reg. 6.

HERODAS Rex, praeter id, quod plurima impie, & nefarie in Deum commiserat, etiam ea, quae Sacerdotum erant, sibi vindicabat, stans super altare, & tunc jacens, tametsi vetitum hoc ei esset à propheta. Quid contingeret, videamus. Exaruit manus ejus, quam temere extenderat, nec valet eam ad se retrahere, Altare quoque scissum, & cinis stupendum in modum de altari effusus est.

C Non omittam SENNACHERIB filium Salmanasar. Hic cum ex fastu, & superbia multa flagitia improbe, sacrilegè, & violentè in Deum designasset, venit Angelus Domini, & una nocte percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinquè millia. 4. Reg. 19.

Impius quoque SAUL, ubi persuasione, & perfidia intimi sui, & peculiaris Acheris Doech nimium confideret, uno octoginta quinque Sacerdotes interficere curavit. Non multo post, tres ejus filii Jonathan, Abinadab, & Melchiffa in praedio concenterunt. Saul vero hostium timore profugus, suo ipsius gladio diram sibi metemortem confecit: Nec tamen hoc pacto immanem hostium trecentientiam evasit, qui demortuum cadaver despoliarunt, & praecipuum caput memoriorum summmitati impoluerunt. 2. Reg. 22. 6. 31.

HISTORICA.

Ac primum

ETHNICORUM.

Quintus Curtius lib. 7. historiaram dicit, Sacrilegos cum Diis pugnare, quod exemplo PHILEMONTIS confirmat. Justinus lib. 87. de quo scribit, quod primus inter confertissimos dimitans ceciderit, & sacrilegii poenas impio sanguine luerit.

DIOSBENS cernens quandam male audientem, quasi montimentum spoliaret, Homericis carmine compellavit.

Προσεβήθη δεύρας, τῶν τῶν οὐρανῶν καὶ καταστράφηται;

Quid huc venisti, vir praesantissime? num fors? Di. Spolies aliquem horum, quos mors occupat atra? Laert. lib. 6.

L. B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

AGESILAUS praclare dicitur solitus est, se vehementer admirari, eos non haberi in sacrilegiorum numero, qui laederent eos, qui Diis supplicarent, vel Deos venerantur. Quo inuit vir prudentissimus, eos non tantum sacrilegos esse, qui Deos ipsos, aut templorum ornatum spoliarent: sed eos maxime, qui Deorum ministris, & praecones contumelias afficiunt. Aemil. Prob.

Dionysius Senior sacrilegia sua solebat facis dictis obtegere. Locris Proserpinae templum spoliaret, mox cum clavis illius secundo vento navigaret. Videtis, inquit, quam prospera navigatio à Diis immortalibus datur sacrilegis. Ex hoc colligens, aut non esse Deos, aut illis non esse molestia sacrilegia. Jul. A. 21. Val. Max. 1. 1. c. 2.

Idem Epidauro Aesculapio barbaram auream detraxit, quod negaret decorum, Apollinem imberbem, ipsum verò barbatum conspici. Aesculapius fingitur Apollinis filius, Apollinem autem semper imberbem facit Theolog. Poetica, Aesculapium barbaturum, significans, in medico requiri multarum rerum usum. Val. Max. lib. 1. c. 2.

Idem Jovi Olympio detraxit magni ponderis aureum amiculum, quo cum Hieron è manibus Carthagenisium ornabatur, proque detracta aureo lanam illi pallium ijecit, ita cavillans; Aureum amiculum vitate grave est, hyme frigidum: Lanam aut utrumque anni tempus accomodatius est. Valer. Max. ibid.

Idem Menas aureas, atque aeras Diis dicatas è phanis sustulit. Has inscripto ex more Graecorum testabatur esse bonorum Deorum, ne quas manum admoliretur. At ille cavillatus est, se Deorum bonitate uti. Nam boni Dii dicuntur, quod omnibus beneficiant. ibid.

Idem phialas, aureas, pateras & coronas, quae simulachra porrectis manibus sustinebant, velut offerentia tollebat, dicens, se oblata accipere, non eripere: addens, per absurdum esse, à quibus quotidie bona flagitiamus, ab his ultro porrigentibus nolle accipere. ibid.

Marcus Crassus, cum bello Parthos appetiturus, per Judaeam exercitum duceret; auri fame superatorem Templum sacrilegio violavit. Nec impunè. Cum enim non multo post, cum Parthis configeret victus est, & cum malè partis sacrilegisque spoliis, & onomem, & vitam, & filium amisit. Insuper & truncum caput cum invenissent, ad Regem Aristonicum illud detulerunt, aurumque liquefactum ori infuderunt, hoc interim dicerio illum compellantes: Aurum fuisse, aurum bibe, quo avaritiam, & flagitia ipsius contumeliosè illi exprobrantur.

Nec minor vindicta PHILOMELUM, ONOMARCHUM, & PHALUM excipit, quod Apollinis templum spoliaverint. G Unus vivus videntque flammis consumptus est: alter submersus. Tertius è sublimi praecipit, delapsus interit: tabli enim mortis genere Graeci facinorosos plectere consueverunt.

Notum quoque est, quam infeliciter apud Cannas pugnaverit VARRO Terentius ob iram sibi Junonem, quia Aedilis spectacula in templo Jovis exhibuerat.

Sed nec Apollo illatam sibi contumeliam, & praecipuum honorem parimodo inultum toleravit. SCRIPTIO enim Africanus, cum Carthagem militibus despoliendam, ac diripiendam dedisset, unus militum templum Apollinis ingressus, statum ejus aurea veste insignem depradari aggressus est, quo offensus Apollo, id egit, ut Sacrilegae manus inter fragmenta ejus abscisae invenirentur. Valer. Max. 1. 1. c. 2.

De PREMIO legimus, quod cum Proserpinae templum spoliasset, Roma damnatus est, & in carcere strangulatus.

Titus Livius libro 9. secundi belli Punici scribit, Pyrrhum propter thesauros Ecclesiae sacrilegio ablatos, poenas gravissimas sustinuisse.

Cum Miletum Alexand. expugnasset, & MILITES in templum violenta manu irruerent, ut illud despoliarerit, Milesia Ceres, objectis flammis, oculis omnium exussit.

Cui ignotum est proverbium, Aurum habet Tolofanum: quod in eos dicitur, quibus nihil cedit feliciter, quique novo, & miserando exitio percutit. Nata autem hinc est parameia; quod eum Q. DEPIO consul Tolofanum Galliae oppidum diripiisset, multumque auri in ejus oppidi templo sustulisset, quique ex ea direptione aurum atigit, misero, cruciabilique exitu periit, unde, uti memoratum, originem traxit Proverbium, ut si cui nova aliqua, aut rara calamitas accideret, diceretur habere aurum Tolofanum.

pro sedili usus fuerat, & Episcopum Euzojum, qui piaculum tantum inhilare conatus fuerat, in caput vehementer verberaverat, dicto illo insuper ingesto, Christianorum res à divina providentia non curari. Et valetudine paululum recuperata, cum seipsum ob nefandam sententiam suam condemnasset, tum vindictam divinitam, qua affligebatur, sensit. Et cum ita adversus seipsum impiorum facinororum suorum testis ipse esset, ventrem deinde ejus putredo, & omnis generis ulcera convulserunt, qua ei mortem etiam attrulere. Visceribus enim, atque extis putredine ea corosis, excrementa non jam per naturalia vim expellendi obtinentia membra egebat; verum os scelestum, quod blasphemiae, & maledictorum effecerat instrumentum, pars corporis obsecra, per quam excerneret, est factum. Pudenda ipsa, & qui circa ea sunt meatus, corrupti itidem sunt: caroque eis in partibus presertim in vermes abiit; & morbus ipse medicorum arte longe vite potentior. Illi enim reverentia, & metu Imperatoris omnia experti sunt, & omni remediorum specie adhibita, pinguedineque pretiosorum avium, quas Diis sacrificabant, membris corruptis applicata vermes profundius latitantes in apertum quasi quibuscumque illecebris evocare conderunt. At illi in membris occultioribus ad carnem vivam magis magisque prorepere, neque corrodere hominem desistere, donec violenta morte miserum encarunt. Porro tanta calamitate propter a matatum esse ferunt ex ita divina, quod hic Ecclesiae, & factis ejus vas insulteraverit. Felix autem vas tanti pretii conspectus (Constantinus namque, & Constantinus liberalissime ea comparaverant) arridens, & urbanus jocos: Ecce, inquit, quibus vas Mariae Filius divinae re peragenda collitur: eamque, nec ob aliam quampiam causam, ex interioribus ejus venis una, quae maxima esset, rupta, tanquam per fistulam sanguinem per os ejus emisit. Sic & ipsae horrendum cernentibus omnibus spectaculum factus non totum perduravit diem: sed circa crepusculum, una cum sanguine jam deficiente, simul etiam animam evomuit. At tertius Elpidius, qui blasphemias quoque in Christum fuerat, tardius ille quidem quam alii, poenas tulit: sed tamen inter eos, qui tyrannidem afflictarum deprehensus, bonis omnibus exutus, graveque arumnas alias in carcere perpessus, turpiter vitam finit, facer, & detestandus ab omnibus judicatus. Praeter hos alii quidam, cum reliquis, in Ecclesiam, quam donaria, & res alias preciosas praedonum more auferentes, cumque, qui sacra vasa curabat, contumelias affligentes, vastarunt, atque diripiunt, ingressus: super reliquis indignitates, veste subducta sacrificii aram peccatorum commisit. Verum illico pergraves, & aeternae tanti flagitii tulit poenas. Per quos enim peccaverat, ad interiora usque viscera putredine consumptis membris, incredibilis; inde vermium vis prognata miserandum in modum, ut dicere calamitatem cam pudeat, miserum extinxit. *Niceph. Callist. lib. 10. c. 29. hist. Eccles.*

Ann. Dom. 611. Austregisilo Bituricensi Episcopo successit Sulpitius ejus Diaconus. Cujus tempore iterum rediit Guarnicus Theodorici Regis minister, homo severissimus, & avaritia & turpilucro additissimus, superbia tumidus, excrucius sub Sulpitio, quod sub Austregisilo non poterat. Sulpitius vero anxius ad Dominum confugit, ab illo consilium rei bene getendae petens: at enim vit mis, & lenis, hominisque violentia, ut resistere possit, non videbat. Deinde Guarnicum adit: orat, ut qui sub ipsius decessore ab hujusmodi onere immunus fuisset, illos etiam suis temporibus pateretur solita gaudere libertate. At Guarnicus homo ferus viri Dei prede contempti. Dixit itaque ei Sulpitius: Siquidem contra jus, & fastua eris potius voluntate, non diu tamen impune feres. Ille vero in urbem ingreditur, facit ut eras justus: omnibusque pro voto expeditis, corpore, non animo adit S. Austregisilum Ecclesiam, tanquam preces illic oblaturus. Ut vidit autem monumentum sancti viri à fidelibus Christianis argentoque mirifice exornatum, dixit arrogantisimè: Austregisilus aureum suum, & argentum in pauperes erogare debuit, non jubere, ut suum sepulchrum illo tegeteretur. Non hoc ille dicebat, quod ei curae essent pauperes, sed instar Judae proditoris avaritia aetabatur. Postea à sepulchro viri Dei descendens orationis causa altaria circumibat. Cumque in ipsa basilica ambularet; & lignum quoddam, ad quod vela suspensa erant, ab alto ruit super caput ejus. Manavit igitur sanguis de capite per oculos, & barbam, & ad terram usque defluxit: & miser ille clamavit voce, qua potuit: Austregisilus, dum vivit, semper in me hostili animo fuit, jam mortuus me prope

interfecit. Ita infelix nec culpam agnovit suam, nec à beato viro veniam petiit: immò vero fervens malitia Augustodunum ire instituit, ut ejus loci Episcopum perderet. In ipso autem itinere in pago quodam, cum omnes recubissent, surrexit à mensa, & ad exonerandum ventrem fecisset. Interim somno correptus obdormit. Evigilans dixit afflittentibus: Austregisilus, & Sulpitius hac hora ureant aureum miserum mihi, quis vestrum habet illud? Negantibus illis per quoscumque hujusmodi vidisset, sua verba repetiit, nesciens quid diceret: mox vero intestina ejus, & viscera omnia in cloacam deciderunt, caque nocte vitam perdidit. Ex eo tempore nemo ausus fuit regiorum ministrorum ab urbe Bituricensi campuciam extorquere, abstercere omnes tam diro interitu illius, qui talis extorcionis primus auctor fuisse. *Ex Adis Austregisil. episcopi. cap. 31. apud Dur. die 20. Maii, & Cason. tom. 8. an. 611.*

Inter alia, quae anno 1011. evenisse tradit Ditmarus Episcopus Merseburgensis, hoc admirandum de sacrilegio militis subdit: Quidam vero miles, cum bona S. Clementis vis tolleret, & inde lectum facere voluisset, in una die in muribus intra cubiculum impugnavit ineffabilibus. Qui primo fuisse arrepto eos prohibere tentans, postquam evaginato eos aggressus gladio & sic nihil proficiens, quadam arca, ut ipse rogavit, includitur, ac in medium sine suspensur, & cum exterior hac plaga fedaret, hic, qui liber volui debuisse, ab aliis usque ad mortem corrosus invenitur. Tunc cunctis praesentibus, & postea venitibus manifestum fit, quod hunc ira Domini, vindictae praedicti facinorosi sola consumpsit. *Ditmar. l. 6. p. 74. & Bar. tom. 11. an. 1011. 3.*

Urache Hispan. Regine pœna admiranda profusus, & celestis plena fuit. Nam cum in bello, quod adversus filium Alphonsi gererat, pecunia destitueretur, ceteris coniungere sacros thesauros formidantibus, ipsa manu sua multa abstulit, sed in ipso templi egressu mortua concidit.

Carolo Calvo Francorum Rege, Numonis quidam usurpator bonorum Ecclesiasticorum conspexit, senescit S. Mauritium sibi apparentem, & increpantem, & pedum sacrum capiti illidentem: nec vana visio: paulo post deceffit. *Annales Andegau.*

Simile quid legitur, à puero conspexit Pandulphum Principem Capuanum fertis nexibus vincium, & in cenoso, ad foetido lacu usque ad guttur demissum, & testibus à duobus nigerimis spiritibus in profundum subinde demitti, & iterum extrahi. Causam rogatus respondit: Quoniam aureum calicem Cœnobio S. Benedicti eripui, & in agone mortis restituisse neglexi. *In Chron. Cassinensi lib. 2. c. 62.*

Ibid. c. 84. Vidit Eremita quidam Æthiopes stramine onustos (qui se demones dixerunt) eidem Pandulpho rogum parantes, & eadem hora comperit eis exspirasse.

Scribit *Vitor Viteniensis lib. de persic. Pandai.* Proculum quendam Arianum, qui de palliis altaris canisibus fibi, & femoralia faciebat, frustratum sibi vorasse linguam, & sic turpissima morte consumptum.

Ex loco de Templis, & Pena nonnulla buc transferantur.

ALTIARIA.

Pandulphus Princeps Capuanus cuidam fidelissimo suo Adelgiso nomine jubet, ut quantocius ad monasterium veniat atque patinam, & calicem Imperatoris, & nonnulla alia, quæ modo non recolo, & Ecclesiae ornamenta praecipua Aquini, & Sexti Comitibus sub pignore habenda permittit deserat. Cumque ille adveniens, cupus rei gratia adesset. Fratribus aperisset quidam ea danda, quæ posebantur, nec inato Principe peiora patenterent, censent: cumque ille profus insisteret, H Adam, qui tunc Ecclesiae curam gerebat: Ego, inquit, quæ requiris, nec tibi, nec ulli profus hominum daturus sum; sed ea super ipsum B. Benedicti altare ponam: inde ille, qui voluerit, aut praesumpserit, tollat. Quod cum fecisset, ille mox temerarius audacter accessit, & cum jam ad altare manus extenderet, mirabile dictum, protinus in faciem corruit, & vehementissima epilepsi subito, paralytisque correptus, universis altantibus mirum de se, dirumque spectaculum praebuit, ac de ipsa quidem infirmitate postera die quoquomodo convalescit, & sine affectu ad Principem rediit; distorto tamen ore, atque oculo usque ad obitum perstitit, cunctisque inquerentibus, quoniam id sibi modo contigerit, non sine magna audientium admiratione referebat: Princeps hoc factum aliquantulum quidem revereat, sed in mente pessima diu non potuit voluntas bona durare. Post non multum enim temporis iterum Basilium praepositum

positum misit, omnemque monasterii thesaurum ad se per illum deferri iussit. De Capuano vero monasterio abstulit argentaeas coronas, & codicum unum gemmis ornatum, & plantam citrinam optimam, & tria altaris pallia, cunctaque simul in arce, quam in monte S. Agathe, qui Capuae imminet, construxerat, condidit: in qua item arce innumera aliarum multarum Ecclesiarum, viduarumque & pupillarum spoliata dolo, cum violentia direpta condidit. *Leo Ostiensis in Chron. lib. 2. Baron. tom. 11. an. 1038. 4.*

Vide Locum de Altari, ubi plura bis affinia.

RES SACRAS.

De BATAYO pro ludibrium Misse sacrificium imitante anno 1474. & dire multato, legendus *Bredenbachius lib. 1. col. lat. c. 39.*

Constat etiam, NOVATIUM, eo quod nec Christa, nec exorcismos in baptismo percipisset, à Spiritu maligno vexatum. *Euseb. lib. 6. hist. c. 33.*

Pete multa ex loco de Eucharistia, Sacrificio, &c.

AGROS, ET BONA ECCLESIAE.

Mitior fuit, sed iusta tamen Dei in PETRUM IV. Aragonum Regem manus. Hic enim cum vellet se Dominum, ad quem Dominium Utile, ut vocant, pertineret, ac omnibus oppidis, ac locis, civitati, & Episcopatu Tarraconensi subiectis, agnosci, gravi bello eandem Ecclesiam afflixit: sed apprensus S. Thecla, in cujus tutela, ac praedio ea visus est, nimis imperiosum portecta palma in faciem percussit: qua ex pulsatione languidior, & imbecillior factus, cum summa agnici criminis detestatione mortuus est; factoque prius testamento mandavit, ut Tarraconae Pontifex in prius possessiones restitueretur. *Her. Sur. lib. 10. an. c. 39.*

Ecclesia quoque Agathensis urbis, quæ S. Andrea Apostoli reliquis plauditur, plerumque gloriosius laustrat miraculis, per valorum forum suarum sepius agitur. Denique GOMACHARIUS Comes agrum Ecclesie ipsius pervadit. Tunc Leo Episcopus huius Ecclesie valde molestus concurrit ad cum dicens: Relinque, o fili, res pauperum, quas ordinationis nostra Dominus commendavit, ne tibi sit noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus ejus alii convestiverunt, ececeris. Ille vero quia erat hæreticus, parvipensens de his, quæ ab Episcopo dicebantur, iter in sua dominatione retinuit. Interim procedente die arripit à febre: cumque non modo ardore corporeo, verum etiam animæ vexaretur incommodo, misit ad Episcopum nuncios dicens: Dignetur pro me facerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum ejus. Quo orante, hic à valetudine, qua gravabatur, convalescit: factusque sanus ait suis: Quid putatis, quid isti nunc Romani dicant? Ajunt enim, me ob hoc fuisse febre gravatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi juxta consuetudinem humani corporis accidit: verum tamen non habebunt eum me vivente: Et dicto citius misit, qui eum iterum auferret. Quod cum Episcopus comperisset, venit ad eum dicens: Num poenitent te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris evterere? ne facias, quales, & ultioni diving subjaccas: qui ait ad Episcopum; Sile, sile, decrepitate: jam infensatus te loris circumire urbem super sinum faciam, ut sis ridiculo omnibus, qui te aspexerint. At ille filens ad nota recurrit praedia: proferitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lachrymis, & psallendo ducit. Manè autem facto, accedit ad lychnos, qui de camera Ecclesie dependebant,

ut extendensque virgam, quam tenebat in manu, effregit cunctos dicens: Non hic accendetur lumen, donec ulciscatur Deus de inimicis, & restituat res domus suæ. Hac eo dicente protinus hæreticus ille in redivivam febrem corruit: cumque in extremis ageret, misit ad Episcopum dicens: Oret pro me Sacerdos ad Dominum, ut vivam, & restituam agrum, ac similem ejus conferam dominationi. Quibus Pontifex respondit: Jam oravi ad Dominum, & exaudivit me. Misit & alios, ac tertios ad eum nuncios. Sed Sacerdos in uno responso persistens non morebatur ad hæc, ut pro eo orationem daret ad Dominum. Hoc ille hæreticus cernens, justitè in plausu componi, atque ad eundem evehit, ac per deprecari Episcopum, dicens: Quia dupla satisfactio restituo agrum, quem inique pervasi, tantum ut oret pro me sanctas tua. Illo quoque recitante, compulit cum vi, ut abiret ad Ecclesiam: quo discedente, ut Ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exhala vit, receptique contentum Ecclesiam rem suam. *Greg. Turon. lib. 1. de lor. Mar. c. 79. apud Baron. tom. 7. ad an. Cbr. 383. 47. 48. 49.*

His pro coronide illud ex Petro Damiani subitiam in hæc verba. In Teutoniciis partibus, inquit, Comes quidam dives, & ac propotens, sed quod in illo hominum genere prodigium est reperit, bone opinionis, & innocens vite, prout humanum erat de ejus estimatione iudicium, ante decennium ferè defunctus est. Post cuius obitum quidam religiosus vir per spiritum ad inferiora descendens praefatum Comitum in supremo gradu euisdam scale positum vidit. Ajebat namque, quia scala illa inter stridentes, & crepitantes ultices incendiis flammis videbatur erecta, atque ad suscipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia descendere, constituta. Erat autem tetrum chaos, immanè barathrum, infinite patens, acque in profunda demersum, unde scala producta surgebat. Hoc igitur ordine succedentium sibi series tehebatur, ut cum quis eorum novus accederet, primum interrim scale gradum teneret: is autem, qui illic repererat, & alique omnes ad proximum sibi gradum intima descendere. Cumque alii, atque alii ex eodem genere homines post carnis obitum ad praefatam scalam per temporum intervalla confluerent, alii protinus cederent, ineffabilis judicis necessitate ad inferiora migrabant. Planè dum vir, qui hæc contemplantur; causam hujus horrendæ damnationis inquireret, & praefatum, cum ille Comes suis temporis puniretur, qui tam justè, tam decenter, tam honestè vixisset? Avidit, quia propter quandam Metensis Ecclesie possessionem, quam B. Stephanus proavus ejus abstulerat, cui videlicet jam decimus in hæreditate successisset, omnes isti non diverso supplicio deputati sunt. Et sicut eos ad peccandum non dispar avaritia culpa conjunxit: ita nihilominus ad perforandam atrocis incendiis pœnas commune supplicium compulavit. *Ex Pet. Dam. Bar. tom. 11. Annal. Eccle. ad an. 1055. 13. & 14.*

Ann. Dom. 1543. argenteus nummus, qui solebat in Anglia purgatissimus exare, ab HENRICO VIII. in æreum converti coepit, non sine manifesta Dei vindicta in sacrilegia, & rapinas regias constituta, & expeita. Cum enim tot, ac tanti monasteriorum in Anglia thesauri essent, ut eorum, vel decima pars etiam avarissimi Regis mentem explere potuisset: tamen Henricus, cum thesauros ubique omnes, cum cruce argenteas, aureas, omniaque sacra vasa, cum altarum ornamenta, cum omnem superlectilem mille penè monasteriorum, cum omnia prædia, fundos, fructus, jura, & actiones in suam potestatem redegit, cum præterea decimas, & annatas omnium beneficiorum per universam Angliam exigeret, & adeo cum ipsum plumbum, ligna, atque lapides monasteriorum ubique venderet, ex eoque debuisset in æternum omnia civibus suis tributa, & vectigalia remississe (id quod se facturum simulabat, ut civis eo libentius in monasteriis everterendis ipsius libidini assensum præberent) immò cum debuisset, quocumque Christiani orbis Regi, argento praesertim, & auro ditior extitisset; adeo tamen in contrarium ea res ex Dei iustissima voluntate cessit, ut multo pauperior intra paucos annos post expilationem istam fuerit, quam unquam ante, aut ipse, aut maiores ejus fuerunt. Quin ille solus plura tributa, & vectigalia civibus suis imposuit, quam omnes simul Reges per quingentos aetate annos fecerant. Cumque stantibus adhuc monasteriis, vulgo pseudoevangelici jactarent, neminem in Anglia pauperem deinceps fore, si semel claustra facta dirumperentur, & thesauri, quibus Abbates incubarent, prædique, & agri, quibus pauci jam monachi alerentur, in manus plurimum devenirent, adeo nihil horum re ipsa extitit, ut pro singulis, qui antea ostentam victum quaerabant, nunc viginti ad minimum non modò idem vitæ genus sequantur, sed etiam, quod miserème quaerant, interdum vix inveniunt. *Nicol. Sand. de schismate Anglicano anno Domini 1543.*

SEGINALDUS Armeniae Praefectus, cum ex animi elatione ad rerum gubernacula accessisset, multaque ab incolis per vim abstitisset, Bulgardum quoque vicum, quem Dordanus S. Juliani Ecclesie donaverat, sibi vindicavit. At illico mente captus est, nec iterum compos mentis fieri potuit, donec & vicum redderet, & ablata omnia restitueret. Legimus item in vita CLOTARII Regis, vicium cum avaritia, tertiam provenientum Ecclesiasticorum partem sibi usurpare constituisse: & ceteris quidem Consiliaris eam remapprobantibus, unum Turonensem Episcopum illi se opposuisse, atque dixisse: Si tu res Deo dicatas abstuleris, & ex pauperum horreis tua compleveris, Deus praetens tuo te regno privabit. Ea vero commotione absterritum Clotarium à proposito discessisse.

A PERSONAS ECCLESIASTICAS.

Ad terrorem, & correctionem malorum Principum, quod Maticoni gestum est, proferatur. Infolita quippe res, & omnibus, ut puto, saculis inaudita; omnium autem indigentium celebri, & publica relatione narratur. Est autem Maticus in finibus regni Francorum, quod à Teutonicorum, vel Romanorum imperio Arar fluvius à Locharingia fumes initium, Rodanusque in mare mediterraneum habens proflixum, differrimat. Quæ Maticus à quibusdam oppidum vocata, à quibusdam urbis nomine honorata, in primatu Lugdunensi quinta sedis obtinet locum. Hæc quantum ad jus Ecclesiasticum, Lugdunensi primatui: quantum ad facultate, Francorum Regi subditur. Hujus urbis principatum quoddam tempore sub nomine COMITIS quidam obtinens, super personas, & res Ecclesiasticas execranda tyrannidem exercebat: longè enim exuperans aliorum pradonum hequitiã, non solum ex parte Ecclesiasticarum substantias diripiebat, sed redditus earum omnes cum suis possessionibus sibi tyrannica violentia subjugabat. Nam canonicos de Ecclesiis, ipsos etiam Monachos de monasteriis suis eiciens, terras omnes, redditus omnes, & quæcumque eis ad hujus vitæ subsidium à majoribus data fuerant, in misericorditer abstulit, jureque proprio mancipavit. Ostenduntur adhuc ab incolis antiquarum Ecclesiasticarum ruinae: ex quibus ipse facta religionis cultores eiciens, venerabilia loca; omnipotenti Deo religiosè fervientium multitudinem referta, in eremi solitudinem redegit. Ita totum Deo subtrahens, mundo dedicans, gehennæ, & tremendum Dei judiciorum oblitus, ut Evangelicus ille judex, nec Deum timebat, nec hominem verebatur. Cùmque diu concessa potestate abusus quotidie seipso deterior fieret, nullaque sui spes correctionis ejus existeret, iram adversum se omnipotentis Dei jam non revocandam commovit, atque in se diffusit expertus est. Scripturæ sacræ sententiam, dicens: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Et quia noquias ejus non occulta, sed publica, non cum timore, sed cum auidia Deum provocaverat, non latentem, sed publicè, & visibiliter, terribilis factus est tyrannus Principum in exemplum. Nam cum solemnè die Maticoni in proprio palatio resedisset, cùmque multitudine tam militum, quàm C. diversis ordinis circumfaret, repente; motus homo ego incidens pro ostium palatii ingressus, omnibus conspicientibus, & admirantibus, usque ad ipsum equitandò pervenit: eumque ei adhaere, se ei velle loqui dicens, ut fugeret, ac se sequeretur, non tam monuit, quàm imperavit. At ille invisibili potentia constructus, nec jam resistere valens, furrexit: atque usque ad ostium domus processit, ubi equum paratum inveniens, eumque ab eo conscendere iustus ascendit. Cujus stantis habenas ille arripiens, statim cum velocissimo cursu per aera ferri cunctis conspicientibus cepit. Cùmque immenso ejus clamore, ac miserabili eulatu tota civitas commota ad tam invisum spectaculum concurrisset, tandiù eum per aera currentem ætoni confpexerunt, quamdiù naturalis oculorum acie eum subsequi poterunt. Qui cùm cum diù succurrite cives, succurrite, vociferantem audirent, nec juvare valerent, substractus tandem visibus hominum, æternus, quod meruerat, factus est focus demonum. Ab hoc tam horrendo spectaculo universi ad propria recedentes, sicut supra dixi, horrendum esse incidere in manus Dei viventis, exemplo inaudito, & miserabili didicerunt. Hoc ita fuisse post communem, ut dixi omnium famulorum, quidam non quidem tam mirabile, sed tamen mirum nostris diebus accidens attestatur. Nam ille traditus diabolo Comes, dum cum socio maligno de palatio egredereetur, post ostium muri palatii illi proximi transitum habuit. Quod ostiù ejus ob tante rei horrorem, & memoriam posteris commendandam, lapidebus obturaverunt. Quod nuper Otgerius VVilicini Comitis præpositus renovare cupiens, & propter quadam, quæ publico, vel privato usui necessaria videbantur, pervivum facere volens conductis quodam die operariis, obicem lapidem ab ostio removebat. Erat autem & ipse pro posse suo acer Ecclesiasticarum persecutor, & ubi parva occasio occurrebat, res earum nisibus diversis vexabat. Dum igitur hic operi jam dicto instaret, ecce invisibiliter à diabolo raptus, ac videntibus, qui aderant, multo in aera spatio sublevatus, sed confestim dimissus, contriit, ejusque corpore graviter colliso, brachium quoque illius subita illa ruina confregit. Quod videntes focii rursus foramen ostiù, quod aperire cœperant, lapidibus obturaverunt, & ad pervenient utriusque memoriam clausura perceptua damnaverunt. Pet. Venerab. Mirac. lib. 2.

SOCII SACRILEGORUM PUNITI.

JOSAPHAT Rex tanta potentia, immò & iusticia præcellit, ut ob justiciam, & probitatem ejus, in valle ipsius extremum judicium fit habiturus Christus. Caterum quia pactum, concordiam, & amicitiam inivit, cum improbo, & sacrilego Ochozia Rege Israel, ea propter ab Elezaro Propheta auditum. Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus operatus, contritaque sunt naves, nec poterunt ire in Tharsis. 2. Paral. 20.

POENÆ AB HOMINIBUS

STATUTÆ ETHNICIS.

Scribit Cicero, impius erga Religionem, & res divinas, non capite duntaxat mulctatur, & summa infamia notatur, sed & sepultura privatus, justique exequiis destitutus.

PONTIFICIBUS CHRISTIANIS.

Etiam Sacrillegij culpam Romani Pontifices sanctionibus suis coercere conati sunt, dum ei pœnam excommunicationis irrogarunt, quam incurere declarant. Primò percussores Clericorum 3c. 27. Si quis iudante 17. q. 4.

Secundo, Incendarios, qui Ecclesias, vel alia loca sacra incendunt, & vastant; Cap. tua nos 19. de sentent. excomm. cl. que communis sententia Canonistarum.

Tertio, qui effringunt, & simul spoliant Ecclesiam, vel alium locum pium; d. conquisit. 22. de sent. excomm. ubi nota, alterum non sufficere, sed utrumque debere coniungi, effringentem, & spoliationem, ut docent Caspan. c. 21. v. Excomm. & Navarr. n. 94.

Quarto, qui gabellas, collectas, & similia imponunt Clericis, vel imposita exigunt, vel exigunt curant abque Summi Pontificis concessu: De quo, & aliis quibusdam contra libertatem Ecclesiasticam. Vide Bullam contra Domini, & Concl. Trid. sess. 22. c. 11. de iurisdictionibus honorum, & Jurium Ecclesiasticorum & G. locorum piorum.

Videntur Locus de Severitate. Excomm. &c. Clementes erga Sacrilogos. Vide Clementia.

* Sadducæi.

QUI, ET UNDE DICTI.

SADDUCÆI erant Judæi, aut potius inter Judæos hæretici, qui impietatem suam invisibili nominis impostura occultabant, nam Zaddick iustum significat, unde se Sadducæos, id est, iustos nominabant, tamen Phylasius à Saddoc homine Judæo, qui fuit discipulus Dosithei itidem Judæi, episcopi confirmavit hæresim, illos nomen suum accepisse tradit. Eorum hæresis erat, quod nullam resurrectionem assererent, nec Angelum, nec spiritum crederent, & cum Epicurus docebat secundum carnem vivendum, circumcidendum, corpusque baptizandum.

* Saga.

SAGÆ, à sagienco, quod multum sapere velint dicte, mulieres sunt, quæ incantationibus, aliisque dæmoniacis artibus, mali aliquid homini committunt, alio nomine veneficæ appellantur. Vide de iisdem Locum de Magia.

Sagittarii.

Vide JACULUM. JACULATORIS. ARCTUS.

* Sal. Salsedo.

QUID. ILLIUS ORIGO.

SAL per metathesin à Græco deducitur, quod est sals, estq; illud, quo omnes cibi condiuntur, unde appositè interrogat Job. c. 6. Quomodo potest cocedi insulsu, quod non est sale conditum?

ditim? Provenit autem Salsedo, sive Sal ex admisione alicujus sicci terræstris, indigestissime, & adusti cum humido, quod Aristoteles probat ex sudore, & lotio 2. Meteor. cap. 3. atque ex hinc mare emat salედinem suam habere adfirmat, tum propter multitudinem exhalationum adustarum, quæ ventis delatæ in illud decidunt: tum quia solis ardore coquitur, & id, quod tenue est, exhalat. Vitem eundem salsedo, selt. 23. q. 30. neque tamen solum aquæ marinæ salsæ sunt, sed multi etiam lacus, immò & fontes nonnulli, ut testatur Pomponius Mela l. 2. c. 5. Et pater lege. Plin. l. 31. c. 5.

COCTORES SALIS. Vide locum de Mechanica. Tit. Opifices Mechanici.

INVENTORES. Quære de Mechanicis artibus, earumque acquisitione.

FODINE. Pater materiam de loco. Tit. mineralium loca.

USUS IN SACRIS.

ETHNICORUM.

Notum est, quomodo apud Ethnicos nullum sacrificium, sine falsâ mola fuerit oblatum: ac in ea officaciorem vim placandis numinibus inesse arbitrabantur propter virtutem incorruptionis. Alexand. ab Alexand. l. 4. c. 17. farræ itaque molitio (quod molam falsam vocabant) vitio, & sale conferto, victimæ caput aspergebant, a quo ritu, & mola, verbum immolo deductum.

HEBRÆORUM.

De qua res sic Plin. lib. 31. c. 7. Maxima autem falsis auctoritas à facris Veterum intelligitur, apud quos nulla sacra sine mola falsâ consecrabantur. Sic enim vocabant far tostum sale confertum, quod eo molito hognia aspergeretur. Omnino mola trita inaspergebantur, ignis, caput victimæ, cultri. Unde Juvenal. Satyra 11.

Sartaque delubris, & farræ imponite cultris. id est, molam, quæ ex farræ tosto, & sale confabatur. Et Tibull. lib. 3. Eleg. 4.

At vanum in curas hominum genus omnia nôtis Farre pio placant, & saliente sale.

Idem lib. 4. ad Messal.

Parvaque celestis placavit mica, &c. Horat. lib. 3. Od. 23.

Farre pio, & saliente mica.

Tales erant apud Græcos, ἀλατῶτας, hoc est, ut Eustathius interpretatur, l. a. unde quidam salsedo, ac in hanc partem salsedo, hoc est hordea falsibus mixta, quæ altaribus imponebantur ante sacrificium, Talia hordea falsita, atque sacra proprie δαῖται, sive δαῖται dicta sunt, quæ victimis infundebantur.

Hujus cæremoniæ ab Eustathio rationes aliquot asseruntur. Nam, vel id faciebant ut nonnulli nominis impostura occultarent, hoc est, fructum abundantiam ominandam gratia, quorum ceu quadam primitia hordea illa offeriebantur. Vel id faciebant sive erga Deum gratitudinis testificandæ gratia, cuius munere, atque beneficio ab antiquo illo, & aspero glandium victus, ad miotierem, hordeorum nimirum victum fuisse traducti. Atque hanc quidem ob causam hordea rectè ἀλατῶται dicti, propterea quod illis inventis homines à brutis animantibus fuerunt distincti, ac sequestrati, Ad gratiam igitur memoriam victus antiqui hordeæ in victimas projiciebantur, quæ quoniam nondum molendi usui reperto intacta fuerunt devotata δαῖται dicta sunt, assumpta litera V. quasi δαῖται, id est, totas, seu integra. Hæc ille de Hordeis.

Quoad autem sales, quos hordeis illis permiscebant, id dicit factum esse non solum propter fertilitatem, & repetitam in alimonis gratiam, verum etiam quia sales sunt amicitia symbolum.

In Levit. c. 2. à Deo præceptum legitur: Quid quid obtuleris sacrificiû (mincha, ut est in Hebræis) Sale condies. Itaque Sacerdos carnes immolanda victimæ altari imponebat, deinde ex timida, oleo, & sale condita, ac commista, super eam infundebat, Rationem allegoricam tangemus infra, ubi de symbolis agemus.

IN FODERIBUS.

In eodem Levitico cap. eodem ita legitur. Ne auferas falsæderis Dei ritu de sacrificio tuo. Sal fæderis dicit R. Salomon. idè appellari, quia initio creationis Deus aquis terrestribus, quæ indignabantur, quod à cœlestibus essent segregatæ, promississet earum usum in tabernaculo fæderis, ut quæ sal,

qui ex aquis fit, perpetuò adhiberetur sacrificiis, vera igitur ratio colligitur ex natura falsis, quod scilicet eo condita, incurrupta perseverent. Unde pactum Salis, est pactum firmum, & stabile, alienum à corruptione, & violatione.

HOSPITALITATE.

Olim hospitiis ante alios cibos apponebatur Sal, ut eo velut simbolo quodam significaretur firmas amicitia. Unde multi Gentilium tanquam ominosum censebant, si sal in mensa effunderetur, quasi per hoc amicitia everteret, vel rescissionem portendit arbitantes, ut notat Pier. in Hierogl.

Ferunt esse in Italia certam familiam non infimæ sortis, quæ longa observatione notavit, semper aliquod infortunium grave evenisse, quoties Salem in mensa profundè contigisset, quo factum, ut conviva apud eos falem ante se in orbe accipiant, sitque mensa absque salino, nec eum effundi contingat.

Huc spectat Proverbum, Salem, & mensam ne prætercas. Item multos modios falsis elendos, ut amicitia munus expleatur.

JURAMENTIS.

ELXAI Ossenorum hæreticorum scõtor, qui vixit Trajan. jani tempore, docuit, atque præcepit, teste Epiphania Tom. 1. lib. 1. de hæres. etiam per Salem jurandum, cupus errorum ibidem refellit.

CIBIS. ALIMENTIS.

Sal jam olim, ut & hodiè, in communi hominum consuetudine, & usu fuit, condendis cibis oportunum, & utile. Immo veteres mensam consecrabant appositione falsis, ut ex Arnobio quidam colligunt. Neque ulla mensa sternitur apud quascunque nationes, quas salinum non ornent; hinc illud Horatii.

Splendet in mensa tenui Salinum. Solent Belgæ idiomate patrio succedere ministris mensarum, si salinum non affuerint, quasi quod virginitatem amississet, fortassis quia sal incorruptionis, & integritatis symbolum, cuius curam negligere videtur, qui falsi curam non habet.

Ceterum Salis usum multis gentibus incognitum fuisse Trojano sæculo, Homeris, & Pausanias affirmant, & tradit Brod. Miscellan. l. 6. c. 3.

Notat Remigius l. 2. c. 16. ex judicariis Sagarum Confessionibus, in Conviviis Sagarum phantasticis, quædam demum G subinde instruit, deesse plerumque falem, eisque ova proponi comedenda absque sale.

IN SACRIS CATHOLICORUM. IN BAPTISMO.

Antiqua, & solemnè cæremonia est, ut baptizato deur gustandum sal. Meminit illius Origenes hom. 6. super Ezechiel. & alludit fortassis August. lib. 1. conf. c. 12. ad hunc morem, cum de se puero ita loquitur. Signabat signo crucis ejus, & condiebat ejus sale. Facit quoque illius mentionem Conc. III. Carthagin. Can. 5.

Solet autem Parochus baptizans ad gustum falsi hanc proferre orationem, sive votum. Deus patrum nostrorum, Deus univèrse conditor creaturæ, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum respiceret digneris propitius, & hoc primum pabulum falsis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper Domini spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini fervens, & H sperduc eum ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna premia consequi mereatur Passorale Mechliniense.

IN AQUA LUSTRALI, SIVE BENEDICTA.

Aquæ benedictæ usum veterem, & cæremoniã ejusdem antiqua Ecclesiæ traditione receptam, ac probatam, dicimus loco proprio.

Hæc autem requirit, ut primum Sal exorcizetur formula in Missali præscripta, & tunc demum aquæ imponatur, sumpto exemplo à factu Elisæi Prophetæ, qui sale aquas pessimas, & steriles sanavit, ut constat ex lib. 4. Reg. c. 2. versu 20. vide infra. Dignitas, etiam ad aquam, quam Gregorianam vocant, adhibetur sal una cum vino, & cineribus.

SALIS DIFFERENTIÆ.

Naturales nonnullas Salis differentias assignant, dum aliud volunt naturale, quod ab aqua marina communiter desumitur:

ab usu & loco, duo. Vlgaris, quæ conjugiis, ac sacrificiis adhibetur, & Theatralis. Hujus species tres, pro modo, numero, genere fabularum. Una in Tragedia, quam vocantur *immediata*: gravis ea, & composita: quemadmodum vox ipsa, quoque declarat. Altera in Comædia, solutiore licentia: *immediata* dicta. Tertia lasciva, inconstans, in Satyris appellata *ouarite*, cujus etiam meminit Euripides, *idem*.

Scribit *Plut. lib. 9. Con. quest. 15.* Saltationem esse partes tres *oppa*, *oxyza*, & *dæzo*, rationem, schemata, demonstrationem. Siquidem confurgat saltatio ex moribus, & habitibus: sicut melius ex diphthongis, & diafematis, hoc est, ex sonis, & intervallis. Hic verò mansiones motuum fides sunt. Ergo *oppa* vocantur motus: schemata verò habitus, ubi Apollinis, aut Panos, aut cuiuspiam figuram, & modum effingentes, graphicè formam servant. *Dæzo*, non imitationem habet, sed rerum substantiarum demonstrationem. Et quidem schemata figuram, & simulachra adumbrat. Phora motum aliquem animi, vel actionem, vel facultatem exprimit. Dixi propriè ipsas offendunt res, terram, cælum, ipsos assistentes: quod ordine quodam, & numero efficiunt, atque affine est appellationibus in arte poetica propriè cum elegantia quadam, & nitore prolatis.

Veretes saltationem per genera, & modos distingunt: ut Podismus, & Siphimus, Comus, & Tetracomus in hoiium congressu fierent. Colabifimus, Phalicus, Bagriafimus, Stobilus, Apocinus, & Aposifis, aliaque saltationum genera, diverfo quoque gestu, & modo erant in quotidiano magis usu frequenta. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Julius Pollux lib. 4. cap. 14. inter varia saltationum genera commemorat *immediatus* tragicorum, *interdura* comitorum, *scenaria* fatricorum, *tyrrhenis*, ac *peræciis*, quas *tyrrhenis* vocat, quod armati saltarent, unde *tyrrhenis* dictum indicat, quod gladiis perageretur, & *peræciis*, quod mira pedum celeritate corpus circumageant. *Item* commemorat, & alia saltationum genera, quæ belli habebant imaginem *tyrrhenis*, & *peræciis*, quam ait Herculi fuisse sacram. Rursum aliam, quam *tyrrhenis* dixere, quæ & ipsa armis peragebatur. *Plato de legibus 7.* docet, duo potissimum saltationis genera fuisse, alterum bellicum, ac tumultuosum, quod *Pyrrhicæ* dicebatur, alterum moderatiùs, quod *immediatus*, & scholasticus in *Diadoti C. Hæmericæ* c. commemorat tria saltationum genera, *Pyrrhicæ*, *Scivinnæ*, quæ pertinet ad sacra, & *Scordacifimum*, qui fit indecorus, & prophanus conveniens.

Pyrrhicæ nomen sumptit vel à *Pyrrho* Achillis filio, quod *Plinius lib. 7. cap. 56.* sentire videtur, scribens, Armatam saltationem *Curetes* docere, *pyrrhichæ* *Pyrrhus*, utramque in Creta. Vel, ut putat Athenæus, à *Pyrrhicho* Lacedæmonio: sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat hæc saltatio, quam mox à quinto anno pueri discabant, quod illi vocant *πυρρική*, & *Pyrrhichistæ* dicuntur hoc genus exercentes. Tranquillus ludum ipsam *Pyrrhichæ* Trojam vocari scribit. Festus lusum equestrem pueros vocant. *Virgilius lib. 5. Æneid.*

Trojaque nunc pueris Trojanum dicitur agmen. Hæc est Platonis loco citato vitiationis omnium plagarum, ac jaculorum deflexio corporum, omnique cedendi ratione, & submissio, ac subsultibus in altum, imitatur. Rursum his contrarios gestus, qui conducent ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tum in arcuum pulationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarum imitationibus simulachra pugne student imitari. In quibus illud rectum, quando robustiorum corporum, & magnorum animorum fit imitatio, quæ adhibita plerumque consistit ad corporis membrorum firmataem: quod autem his contrarium est, ut non rectum improprium. *Pyrrhicæ* pugnae genus elegantius depingitur ex Xenophonte apud Athenæum lib. 1. in convivio Scythæ Thracum Regis, quando inquit: Thracæ ad tubiam saltabant, subsultabantque in altum, quod leviter, interim utentes gladiis. Tandem alter alterum feriebat, sic ut omnibus videretur hominem percussisse. Ille verò artificia quodam cadebat, moxque omnes exclamabant. Tum is, qui percussisse videbatur, cum alterum armis spoliasset, exibat, canens Sitalcam. Porro cæteri Thracæ, alterum efferebant veluti mortuum, cum nullo esset affectus malo.

Acoliasmus saltatio erat Bacchi dicata festis, quæ vocant *Acolia*, quod theatri medio utres, quos vocant *σάρκι* inflatos, obundatosque, uno tantum insilirent pede, ut delabentes risum excitarent. Hoc agere apud Græcos dicitur *δυναστεύω*. Ad quod aperitissimè *Virgil.* respexit *Georgicon.* 2. illo versu:

Mollibus in pratibus vestros saliere per utres.
Cæli. lib. 5. cap. 2.

Castorium vocatum tripudium in honorem Castoris à Lynceis casti fuit institutum, de quo meminit *Pind.* in *Pythiis* in *Hierone*. In eo armati juvenes tripudiabant. Alii dixerunt ab *Diofcuris* post victos gigantes in tripudium fuisse execogatum, atque *Palladem* legem Enopliam fuisse execogatum, Lacones cum tubis in acie intructis adversus hostes usurparunt. Nonnulli à *Curetib* inventum inquit. *Natalis Comes Mythol. lib. 8. c. 9.*

Proditur memoria, Thefeum in Delum insulam appulum ex Creta, inibi saltationem inisse cum pueris, quæ Labyrinthi præferret errores orbibus impediens, apud aram *σπαρτών*, ex finistris modò compactam comibus. *Cæli. lib. 5. cap. 3. Antiq. Leci.*

Sunt, qui putent, duo saltatorum genera *Homerum* novisse *Cybiliteras*, & *Sphæristas*, qui sphaera uterentur, sive pila, unde & *Sphæristica* dicitur. Hujus inventionem *Anagallis* *Corcyreæ* grammatica Nauticea ascribit, ad civis fortissimam: at *Diazacrus* eas *Sicyonius* attribuit. *Hippasus* verò *Lacedæmonios* & hæc exercitacionem, & alias primos invenisse affirmat, quam solum inter heroicas se circumvolventem *Homerus* inducit. *Athen. lib. 1. cap. 8. Aristonicum* *Carysium* Alexandri fuisse sphaeritum, prodit historia, quem ob artis excellentiam civitate donavit Athenienses, statua quoque erecta.

Cybiliteras videtur esse, qui in caput saltant, quod *αὐτοειδί* dicitur, in caput mittere. *Cæli. lib. 5. cap. 3. A. L.* Cognovit etiam *Homerus* eam, quæ fit ad cantum, saltationem. Nam *Demodoco* canentes juvenes pubescentes saltabant, atque in armis. Significavit autem hic saltandi mos, qui *Pindari*, & *Xenodemi* temporibus floruit: ea imitans, quæ in ipsis verbis interpretari continentur: quam factam fuisse in convivio *Scythæ* *Thracis* *Xenophon* in *Ascentu* describit.

Gentiles sunt saltationes, *Laconica*, *Trezeniorum*, *Cretica*, *Jonica*, & *Mantineæ*, quas omnibus alis *Aristoxenus* præponit. *Athen. lib. 1. cap. 16.*

Lacones *Tyrtæi* poemata in bello commemorantes cinnam faciunt motionem. Scribit *Philochorus*, quod etiam *Lacedæmonii* *Mellessios* visissent, *Tyrtæi* poematis inflammati, consuetudinem eam observant, ut si cænas essent facturi, ac *Pæana* cantantur, *Tyrtæi* poemata canerent, Imperator exercitus djudicabat, canemque dapet præmium victori.

Athen. lib. 14. c. 12.

Lacedæmonii *Trichoreæ* utebantur saltatione, ex instituto *Lycurgi*. *Plut. com. de Laide suisiphis*, & *Diogenianus* in *Græcorum adagiorum collectione*. *Constabat* autem ea saltatio triplici choro, senum, puerosum, juvenum. Senum prima erat cantio:

Ἄμυσ πῶς ἦ δὴ κούριον νεανίω, id est,
Νὸς ἴμυστιν ὀλιμ ἱρεννίω νεανίω.

Secunda puerosum:

Ἄμυσ ἦ γ' ἐστὶν ἡ πόλις καὶ πόλις, id est,
Πρεσβύτερος ἢ μῆτερι ὀλιμ ἴμυστιν,

Tertia juvenum:

Ἄμυσ ἦ γ' ἦ μὲν δὴ δὴ γ' ἀνδρῶν, id est,
Ἄε τὸς ἴμυστιν: ὡς ἐπερίησ, ἢ γ' ὡς.

Hunc chorum instituit *Tyrtæus*, juxta triplex ætatum discrimen. Nam puercitia ingressus est vite, virilis ætas progressus, senectia exitus. *Erasm.* in *Julio Polluce*, & *Plut. Lycurg.*

Idem saltationem *Bibasim* dictam, tanquam ad bella utilem, ut gestu composito incederet, inter quotidianas disciplinas habuerunt: & ut concinna fieret motio in agrediendis hostibus, pueri nudi saltare didicerunt. Proponebant præmia non pueri modò, sed puellis quoque. Salto erat opus, interimque nates pedibus contingere. *Cæli. lib. 5. c. 3.* & *Alex. lib. 2. c. 25. ex Quintil. lib. 1. Instit. orat.*

Antea aulæ *Septentrionalium* Principum hyeme ignes maximi ex abjectis lignis fiunt. Quorum fragore, ceu tympaniscitatis *Satellites*, & *Aulici*, circum ignem choreas tanto impetu in gyrum ducunt, ut necesse sit postremum quæque in ignem præcipitari. Inde extractus, in sublimi throno positus, ob ignis regii violationem cyathum cerevisiæ generosioris ebibat. *Olaus lib. 15. c. 27.*

salationem sacram continuavit. Hoc videntes reversi cives proverbium inde duxerunt. Salva res saltante senec. *Serrius* B. C. Pomponium libertinum hominem grandem natu hunc saltatorem vocat. *Erasm.*
Inludis à Nerone institutis *Elia Catula*, *LXXX* annos nata, nobilissima, & distissima, saltavit. *Xiphilinus.*

Reges. Philippus Macedo recenti exultans victoria ad *Charo-*gram de Græcis parta, & vino gravis, cadaveribus insultans, initium cecinit *Demosthenis* plebisciti, ad pedem atollens vocem, & supplodens: *Demosthenes Demosthenis sic censuit*
Peaniensis.
At *Demades* orator eum liberè admonuit. Cùm, ò Rex, fortuna tibi *Agamemnonis* personam imposuerit, non pudet te factis agere *Theriten*? Proinde discussa crapula, cum magnitudinem secum reputasset propositi periculi, horrorum cum perfrinxit eloquentiæ, & nervorum illius oratoris: qui in diei momento unius, aciem ipsum pæcere de imperio, & vita commisit. *Plut. in Demosthene. Erasm. in Apoph.*

Demerius Scepheus lib. 12. Troici ornatus hæc scribit. Apud *Antiochum Regem*, qui *Magnus* dicebatur, non amici solum Regis in armis tripudiabant in cœnis, sed ipse etiam Rex. Cùm verò ad *Hegesianctem* Alexandrum ex *Troade* oriundum, qui historias conscripsit, choreæ ordo pervenisset, assurgens hæc dixit. Nunquid, ò Rex, malè tripudiantem inavis aspiciere, an potius meam quadam propria poemata bene pronunciantem audire. Qui cum dicere justus esset, ita Regi placuit, ut dignus, qui amaretur, unus esset ex amicis Regis fuerit iudicatus. *Athen. lib. 4. cap. 17.*

Caligula Imper. saltatores urbe à *Tiberio* exactos, non tantum revocavit, sed ipse etiam plurimum saltavit: & cum aliquando de nocte accessit diligenter principes senatus jusisset, tanquam de rebus necessariis ab eis esset consilium capturus, postquam convenerunt, nihil aliud, quam saltationem instituit. *Dion. in ejus vita.*

Duces. Merionem *Cretensem* *Homerus* honestare volens, *ἐμπροσθεν* id est, saltatorem nuncupavit. Quam in re is ad cœlebrem jam *C* indeptus erat nomen, ut non *Græcis* modò nota forent ea, sed & *Trojanis* hostibus: forte quia inter bellandum non tacita quedam agilitas, & concinnitas, quæ ex hujus artis peritia inoleverat, sese subinde ostentabat. *Homericæ* carmina hæc sunt:
Μερόν, ὁππότε κούριον εἶδον ὅτε παρ ἑσπερῶν
ἴκλυον ἴδω κρατερὸν.

Cæli. lib. 5. cap. 7. ex Luciano de Saltatione.

Pyrrhus *Achillis* filius, celebratus saltationis artificio usque adeo est, ut eum speciem illi pulcherrimam adiecit, *Pyrrhichium* fit ab eo nuncupatum. *Cæli. lib. 5. cap. 3. ex Luciano de Saltatione.*

Epaminondas dux *Thebanus* bellicosissimus probe saltasse, & cantasse læpè dicitur: existimans nimirum, saltatione homines agiliores fieri, ut si quando fortis pugnandum esset, eò promptiores forent. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Duris Sanius lib. 17. Historiarum, *Polyperchontem* *Macedonem* scribit, eum bibisset, quamvis esset senex, nulloque, vel militari scientia, vel dignitate inferior, tripudare solum, ipsumque crocotum indutum, *Sicyoniisque* calciatum, *H* choreis indulisse. *Athen. lib. 4. cap. 17.*

Politici viri. Appius *Claudius* vir triumphalis, qui *Salvus* ad usque senectutem fuit, pro gloria obtinuit, quod inter collegas optime saltabat. Ac uno eodemque tempore, tribus nobilissimis civibus, non modò studium saltandi: sed etiam (si diis placeat) peritia: qua gloriarentur, fuit, *Gabinio* consulari *Ciceronis* inimico (quod ei *Cicero* non dissimulenter obiecit) & *M. Cælio* noto inter turbas viro, quem idem *Cicero* defendit, & *Licinio* *Crasso*, *Crasii* ejus, qui apud *Parthos* extinctus est, filio. *Macrob. lib. 3. cap. 14. Sat.*

Docti, Philosophi, Poetæ. Saltationis *Memphidis* dictæ studiosus fuit etiam *Socrates* *Philosophus*, & sapius saltare est deprehensus, ut *Xenophon* testatur: & suis etiam familiaribus dicere consueverat, omnium membrorum exercitacionem esse hanc saltationem. *Athen. 11. c. 16.* Plurimum namque tribuebat vestigia concinnitatis, & elegantie, tum apto motui, neque non moventis affirmationi: Nec

Q U I.

Populi.

* *Jones* saltationum studiosissimi, hinc *Horatius.* *Motus doceri gaudet Jonicos*
Matura virgo.
* *Sybarites* non solum seipfos saltantes introducebant conviviis, sed etiam equos.

* *Indi*, teste *Arriano*, elephantos docebant saltationem, eosque in ea exercebant.
* *Macedones* etiam saltationibus dediti. Vide *Leonid. lib. 2. cap. 91.*

Pueri.

Cretensium pueri simul congregantur: educanturque duriter, venationes, & cursus acclives pedibus nudis conficiunt, & *Pyrrhicam* in armis saltant, quam primus invenit *Pyrrhichus* quidam *Cydoniatis*, eos maxime nobilitate præcellentes, summo studio saltationes exercentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non tantum homines privati, & humili loco orti, sed nobiliores quoque, & regii sanguinis, & primates in B populo. *Lucianus de Saltatione.*

C. Jocondi pueri saltatoris epitaphium *Romæ* extare scribit *Vidorius lib. 37. Var. hist. cap. 8. tale* D. M. C. Jocondo C. F. exoq. qui xii. an. vixit, & septies, spestantibus Imp. Ser. Galba, Orbone Sitvio, A. Virellio, & Populo R. saltavit, cantavit, & placuit. Pro sociis, quibus cunctos oblectabat, si quid oblectamenti apud vos est, manes, infontem respicite animum. Faustus nunc infaustus, pater filio, & sibi fecit.

Antipoli, colonia *Maffiliensium*, *Septentrionis*, tale apud eundem extat: D. M. Pueri *Septentrionis*, qui amorum xii. *Antipoli* in *Theatrobiduo* saltavit, & placuit.

In *Pisica* illa fervere, atque aspera *pyrrhichia* saltatione puelli *Lacones* sese exercebant, rectè perfecta, integraque armatura, quam propterea *πυρρική* alii, ipsi *πυρρική* nominabant. Hanc *Julius Cæsar* *Scaliger* (vir nobilitate stemmaticus clarior, illa principibus par, aut etiam minor, hoc verò multis paraloguibus major) & læpè, & *dil* coram *Diwo Maximiliano*, jussu *Bonifacii* patrii, non sine stupore totius *Germaniæ* præsentavit. Quo tempore aliquando vox illi Imperatori: Hic puer, aut thoracem C pro pelle, aut pro cunis habuit. Testis ipsemet lib. 1. *Poëtics*, c. 19.

Viru Saltatores.

Aegyptus saltationis mirata excellentiam, sub *babelle* involucre *Protea* illum, in varias *ced* demutantem rerum facies, non ferè alium intelligunt, quam saltatorem eximium, ad effringendum in primis docilem, ut nunc hunc certam, liquidamque exprimerent æque vim, nunc ignis celeritatem motus vehementia, nunc leonem feritatem, aut etiam pardalis impetum, furoremque, postremò etiam virgulti flexum, & quicquid omnino collibuisse, veluti *Empusa* quaedam, cujus ipsius decantantur à *Poëtis* deformationes. *Cæli. lib. 5. cap. 2. A. L.*

Aristonicum *Carysium* Alexandri civitate fuisse sphaeritum, prodit historia, quem ob artis excellentiam civitate donavit Athenienses, statua quoque erecta. *Cæli. lib. 4. c. 8. A. L.*

Famosi saltatores fuerunt apud *Craninum*, & *Calliam*, *Bolbus*: apud *Cretiam* *Zeno* *Cretensis*, & *Artaxerxi* Regi gratissimus. *Alexander* in ea epistola, quam misit ad *Philoxenum*, meminit de *Theodoro*, & *Chryssippo* saltatoribus. *Athen. lib. 1. c. 16.*

Mulieres Saltatriculæ.

Socrates dicebat, muliebrem sexum virili non minus esse docilem, & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortitudinem (quæ tanquam vis propria, Græcis à viro dicitur *ἰσχυρία*) diligenter instituat. Id collegit ex puella *Saltatrici*, quæ inducitur in convivium, mira arte trochos duodecim in altum projectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numquam pedum, ut nunquam falleret: eademque inter acutissimos gladios, non sine horrore spectantium, impavida saltaret. *Erasm.* *Apoph. ex Xenoph. memorab.*

Pharfalla saltatrix *Thefalica* cum à *Philomelo* *Phocenium* duce, spoliato *Fano* *Delphico*, auream coronam *Daphne* (*Lampacranon* donatum) accepisset, à *Daphnes* vatibus ad infaniam redactis in foro dissecta est. *Athen. lib. 3. c. 28. Senes.*

Cùm aliquando *Romæ* in ipsa ludorum *Circensium* celebratione *Hannibal* nunciatus esset circa portam *Collinam* adesse, omnes raptis armis occurrerunt. Solus *fenex* quidam